

DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS

Fol. 98

Super sententias:	li.	iiii
Sermones de tempore:	li.	i
Sermones de sanctis,	li.	i
Quæstiones philosophiæ:	li.	i

Et quædam alia quæ ad noticiã nostræ lectionis minime uenerunt. Claruit in conuentu Colonien. potissimũ: ubi & sepultus dicitur.

Basilius Andernarius: natione Gallus: ordinis fratrum beatæ Mariæ semp uirginis de monte Carmeli: uir doctus in scripturis sanctis: & in palæstra scholasticæ disciplinæ nobiliter exercitatus: ingenio clarus: & disputator egregius. Scripsit nonnulla præclara uolumina: quibus nomen suum cum gloria transmisit ad noticiã posteritatis. E quorum numero præcellit opus luculentum & insigne:

Super sententias:	li.	iiii
Quæstiones & collationes:	li.	i

Nonnulla etiã scripsisse in philosophiã morali dicitur: sed ad menon uenerunt.

Bartholomæus de Saliceto iureconsultus: omnium sui temporis celeberrimus: ingenio subtilis & clarus eloquio: cuius dicta magnæ auctoritatis habentur apud iuris civilis professores. Edidit quædam in legibus luculenta opuscula: quibus memoriã sui nominis immortalitati apud posteros consecrauit: De quibus feruntur:

Super Codice.	li.	ix
Super Institutis	li.	iiii
De Usu feudorum:	li.	i

Et alia complura.

Claruit temporibus uencissimæ imperatoris: & Bonifacii papæ noni: Anno domini Milleesimo. CCC. XC.

Iohannes abbas monasterii sancti Bauonis: ordinis diuini patris Benedicti: natione Germanus: doctor & professor diuinarum scripturarum egregius: ingenio subtilis & copiosus eloquio: non minus religiosa conuersatione quam scientia literarum insignis. Scripsit ad instructionem monachorum quædam præclara opuscula. De quibus extant subiecta. Opus quod prænotauit:

De esu carniũ.	li.	i
Declaratiões in regulã:	li.	i
Quæstiones sententiarum:	li.	i

Varios præterea: multiplicisque fertur scripsisse tractatus: sed nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse: præter eum quem de esu carniũ scripsit libellum: in quo pulchre deducit & probe concludit: quod monacho sano: secundum regulam sancti Benedicti professo carniũ esus illicitus sit: & ideo omnino interdictus.

Richardus Lauinbamiensis: ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli: natione Anglicus: uir in scripturis sanctis egregie doctus: & secularis philosophiæ interpretis eximius: in declamatis quoque sermonibus ad populũ excellentis ingenij: Scripsit etiã nonnulla uolumina: De quibus ista feruntur:

Contra Lolhardos:	li.	i
De fundatione sui ordinis:	li.	i
Pro libro Brigidæ:	li.	i
Sermones uarij:	li.	i
De logica quoque:	li.	i
Et uariarum quæstiones:	li.	i

Claruit in uniuersitate Oxoniensi. eo potissimum tempore quo hæresis Iohannis Wickliffi & Lolhardorum cepit in Bohemia.

Iohannes de werdena: ordinis (ut ferunt) fratrum minorum: natione teutonice: uir in scripturis sanctis studiosus & eruditus: ac ueterum lectione diues: atque in naturali philosophia sufficienter doctus: ingenio